Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Incipit prologus in orationem sequentem quam
beatus Jeronimus scripsit ad rusticum monachum.

Peruenit ad me tue caritatis deuotio
frater karissime ut aliquam orationem singularem
et specialiter bonam et utilem tibi indicarem per
quam in tuis tribulationibus crebris quoque temptatio
nibus deum sollempnius et deuotius inuocares.
Noueras enim me inter famulos dei uerosque xpistolas
anachoretas/ reclusos religiosos monachos fu
isse conuersatum. Aput quos huiusmodi me didicisse
presumis. Accipe igitur gratiarum hoc paruitatis me cum
munus preciosissimum mirre fasciculum. quem inter ube
ra nostra commorando iugiter reponas. Nam et ego
illud adeptus sum non a quolibet uulgo sed a re
ligiosissimo litteratissimo nec non et ab elegantissi
me uite uiro. immo ut laudem eius breuiter
et bene uel uere dicam aut inter mortales principa
liter primus aut omnino nulli secundus.
Est igitur presens oratio sicut sacramentorum miste
rius subtilis et profunda. ita est et sanctissime commemo
rationis sententia sublimis et excelsa. Sunt in ea
quinquies quinque clausule. quinque uersibus clauiticis.
quinquies dominica oratione. quinque uersiculis quos suffragia